Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Ier

Et factum est post dies plurimos
dixit dominus ad me. Surge na
de ad eufraten & tolle inde lumbare
quod preceptum tibi ut absconderes ibi
illud. Et abii ad eufraten & effodi et
tulli lumbare de loco ubi absconderam
illud. Et ecce computruerat lumba
re ita ut nullus usus aptum esset. Et
factum est uerbum domini ad me di
cens. hec dicit dominus. Sic compu
trescere faciam superbiam iuda & sup
biam iherusalem multam. Populum is
tum pessimum. Qui nolunt audire
uerba mea & ambulant in pertinacia
cordis sui. Abierunt que post deos ali
enos ut seruirent eis & adorarent
eos. Et erunt sicut lumbare istud
quod nullus usus aptum est. Sicut en
adhereret lumbare ad lumbos uiri sic
adhesituam michi omnem domum
israel & omnem domum iuda. dicit do
minus. ut essent michi in populum et
in nomen & in laudem & in gloriam
et non audierunt. Dices ergo ad eos
sermonem istum. Hec dicit domi
nus deus israel. Omnis lasunculla im
plebitur uino. Et dices ad eos. si
dicit ad uos dominus. Ecce ego im
pleo omnes habitatores terre huius
& reges qui sedent de stirpe dauid
super thronum eius & sacerdotes eius
& prophetas & omnes habitatores ie
rusalem ebrietate & dispergam eos
uirum a fratre suo & patres & filios
pariter dicit dominus. Non parcam
& non concedam. neque miseror ut
non dispergam eos. Audite et auri
bus percipite nolite elenam quia
dominus locutus est. Date domino
deo uestro gloriam antequam contenebres
cat & antequam offendant pedes uri
ad montes caliginosos. Exspecta
bitis lucem & ponet eam in umbram
mortis & in caliginem. Quod si hec
non audieritis in abscondito plora
bit anima mea & deducet oculus
meus lacrimam. quia captus est grex
domini. Dic regi & dominatrici. hu
miliamini sedete quoniam descendit
de capite uestro corona gloriae uestre
Ciuitates austri clause sunt & non
est qui aperiat. Translata est omnis
iuda translatione perfecta. Leuate
oculos uestros & uidete qui uenunt
ab aquilone. Vbi est grex qui datus
est tibi. pecus inclitum tuum. Quid
dices. cum uisitauit te dominus. Tu
enim doctisti eum aduersum te & eru
disti in caput tuum. Nunquid non
dolores apprehendent te quasi mulie
rem parturientem. Quod si dixe
ris in corde tuo quare euenerunt mi
hec. Propter multitudinem iniqui
tatis tue reuelata sunt uerecundia
tua. polluite sunt plante tue. Si mu
tare potest ethiops pellem suam
aut pardus uarietates suas & uos
potius benefacere cum didicerunt
malum. Et disperdam eos quasi
stipulam que uento rapitur in
serto. Hec sors tua pars que mensu
re tue a me dicit dominus. quia ob
liti es mei & confisa es in mendacio
tuo. Vnde & ego nudabo femora
tua contra faciem tuam & apparu
it ignominia tua. Adulteria tua